de [g] *furtis, barattaria, & illicitis extorſionibus. Et ita de conſuetudine obſeruari atteſtatur Franc. Accurſ. de ſynd. quem refert, & dicit eſſe notabile verbum, Amad. de ſynd. nu. 136. in fine.*

4 *Notarius* [h] *condemnatus ex eo, quòd deliquerit circa officium tabellionatus, puta, quia falſum inſtrumentum fabricauit, cenſetur priuatus officio tabellionatus: ideoque non poteſt noua inſtrumenta conficere, ſed antequam ſit condemnatus, non intelligitur priuatus. Et hæc eſt communis opi. vt dicit Alex. in l. ſi quis ex argentarijs, §. 1. nu. 6. ff. de edendo.*

5 *Clericus beneficiatus* [i] *matrimonium contrahens priuatur beneficio, vt eſt tex. in c. 1. de cler. coniug. Et hoc locum habet non modo in clerico, qui ſit in ſacris conſtitutus, ſed etiam in eo, qui ſit in minoribus, nam & ipſe, ſi vxorem ducat, beneficijs priuatur. Et ita concludunt omnes Doct. vt dicit Euerard. conſil. 111. circa princ. Adde, quòd illud perdit, etiamſi matrimonium ſit nullum ex cauſa conſanguinitatis. Et ita communiter tenetur, vt dicit Imol. in c. 10. poſt num. 24. verſ. Quarto caſu, de cleric. coniug. Sed nunquid eſt ipſo iure priuatus beneficio, an autem eſt priuandus. Reſp. Aliqui ſimpliciter dicunt, quòd non eſt priuatus ipſo facto, ſed venit per ſententiam priuandus. Et hanc opin. dicit eſſe communem Euerard. in d. conſil. 111. col. 1. verſ. In contrarium tamen. Alij vero ſimpliciter dicunt, quòd eo ipſo, quòd contrahit matrimonium, ipſo iure beneficium amittit: & hanc opin. tenuit gloſſ. in d. cap. 1. in gloſſ. 1. quam dicit eſſe communiter receptam Didac. in epit. ſuper 4. decet. c. 6. §. 4. num. 4. Hanc etiam opin. dicit eſſe communem Menchiaca lib. 3. de teſtam. §. 22. num. 45. in fin. Tu verò dic, quod aut matrimonium de iure valet, puta, quia non eſt in ſacris conſtitutus, & contrahit cum ea, cum qua nullum eſt legitimum impedimentum: & tunc priuatur ipſo iure; Aut matrimonium eſt nullum, puta, quia talis clericus erat in ſacris conſtitutus, vel ſi erat in minoribus ſcienter contraxit cum conſanguinea, & non eſt ſecuta copula carnalis: & tunc non perdit beneficium ipſo iure. Et hanc dicit eſſe communem opi. Bermon. de concub. fol. 404. in princ. quæ mihi etiam magis placet. Sed quid ſi contraxit matrimonium nulliter cum impubere, nunquid & eo caſu amittit beneficiũ? Reſp. quòd non, & eſt communis opin. vt atteſtatur Didac. in epitom. ſuper quarto decret. cap. 6. §. 4. poſt num. 4. quem refert Menchiaca in d. §. 22. num. 46. nam cum impubere non poteſt verè dici contractum matrimonium, ſed tantum ſponſalia de futuro, propter quæ certum eſt, quòd clericus beneficium non amittit. Sed quid ſi vxor ante copulam ingrediatur monaſterium, nunquid ipſe recuperabit beneficium? Reſp. quòd non: & ita tenent communiter Doctor. vt dicit Summa Angelica, in verbo, Clericus, §. 5. num. 1. Adde, quòd Clericus matrimonium contrahens non modo amittit beneficium, ſed etiam quoſcunque regreſſus, acceſſus, & alia quælibet iura ſibi ad beneficium eccleſiaſticum competentia: ita tenet gloſ. in dicto cap. 1. in verbo, Clericalis, de cleric. coniug. in ſexto, & eſt commun. opin. vt ait Didac. in epitom. ſuper 4. decretal. fol. 82. num. 5. Item clericus contrahens matrimoniũ amittit penſionem, quam in reſignatione beneficij ſibi reſeruauerat ſuper fructibus: & eſt communis opin. vt ait Gigas de penſio. q. 54. quem refert, & ſequitur Bermon. in loco præallegato, fol. 404. num. 3. in fin. etiamſi huiuſmodi penſio fuerit conſtituta ſimpliciter, nullo adiecto onere ſpirituali. Et ita obtinuit vſus Romanæ curiæ, vt atteſtatur Didac. in loco præalleg. poſt num. 6.*

6 *Item* [k] *Clericus, qui ſuſtinet excommunicationem per*
K *annum,* [l] *priuatur beneficio, & eſt communis opin. vt atteſtatur Felin. in cap. 1. num. 8. de iudic. talis enim videtur de hæreſi ſuſpectus. Item clericus periurus priuatur beneficio. Dixi ſupra hoc eodem lib. §. Periurium, verſ.*

Item

catu, vt ſtetur iuratoriæ cautioni, ſi non habet fideiuſſores; niſi eſſet capitaliter accuſatus; ſed ego credo, quòd in practica hoc priuilegium non ſeruaretur conſiderata petionum qualitate.

45 Item adde, † quòd officialis in loco, vbi officium exercuit, debet ſtare ad ſyndicatum poſt finitum officium l. 1. C. vt omnes Iudices, & in l. 1. C. vbi de crimine agi oportet, & l. 1. C. ad legem Iul. repetun. & de his ſpecialiter fuit prouiſum in Regno Neap. & quòd alibi ſtare nõ poſſit per Cõſtit. Volumus, & ibi Afflict. num. 2.

46 Item adde, quòd officialis ante ſyndicatum poteſt conueniri in ſex caſibus: primo, ſi eſt officialis perpetuus; ſecundo, ſi actio eſſet tempore peritura; tertio, ſi commiſerit furtum, ſiue barattariam in officio; quarto, ſi ita Princeps iuſſerit; quinto, poteſt conueniri à perſonis nõ ſubditis ratione officij; ſexto quando pro delicto imponitur pęna priuationis officij: ita tradit Afflict. in conſt. ſtatuimus numer. 48. lib. 1. & vide quæ poſui ſupra in q. 16. ad verſ. præterea quæro. *Baiar.*

g *Furtis, barattaria, & illicitis extorſionibus.*) Quæ autem ſit Barattaria, & quomodo intelligatur, vide Iaſ. in §. Quadrupli, & ibi Apoſt. num. 81. Inſt. de act. Menoch. de arb. iud. lib. 1. q. 65. nu. 2. & libr. 2. cent. 2. caſu 125. num. 11. Plot. in l. ſi quando §. 48. num. 17. C. vnde vi; refugium tamen Iudicum, vt ſe tueri poſſint, vi. per eundem Menoch. d. tract. lib. 2. cent. 4. caſ. 349. num. 19. & caſ. 339. num. 5. in fin. infr. q. 83. verſic. Iudex male; Idem Menoch. caſ. 342. nu. 18. vbi apparet etiam quid ſit barattaria; ſup. q. 16. verſ. Præterea quæro; q. 46. verſic. Plerunque q. 50. verſ. Scias etiã; infra q. 93. verſic. Quæro ſi iudex ad fin. quod eſt contrarium huic, ibi enim dicitur, quod Iudex nulliter, & malè proferens ſententiam tenetur ad intereſſe: hic verò, quòd non tenetur niſi pro furtis, barattaria, &c. Adde Marſil. Rub. de fideiuſſ. num. 185. Capyc. deciſ. 121. nu. 18. *Drogh.*

h *Notarius condemnatus.*) Adde, quòd † non
47 ſufficit condemnatio falſi, ſed etiam requiritur, quòd in eadem ſententia officio tabellionatus ſit priuatus, ita tradit Nell. de banni. 1. par. 2. tempor. quæſt. 151. quem ſequitur Foller. in practic. crimin. in verb. banniantur num. 39. & Marſil. in practic. §. aggredior, nu. 108. & ſing. 200. nu. 2. fallit tamen, ſi crimen, ſit notorium, & tale, per quòd ſit priuatus ipſo iure officio tabellionatus, ita notat Tiraquel. in repe. l. ſi nunquam in verb. reuertatur num. 412. C. de reuocat. donat. ſed in hac materia de priuatione officij tabellionatus vide Felyn. in c. fraternitas de hæret. vbi donit multas fallentias. *Baiar.*

i *Matrimonium.*) Intellige in matrimonio de præſenti: ſecus autem in ſponſalibus de futuro, ſecundum Panor. in cap. 1. de cleric. coniugat. *Guiot.*

K *Item Clericus.*) Adde, quòd † vltra priua-
48 tionem beneficij, ſi per annum ſteterit in excommunicatione, poterit contra eum, vti de hæreſi ſuſpectum, procedi, per Conc. Trid. ſub decreto de reform. ſeſſ. 25. c. quãuis in fine. *Ba.*

l *Priuatur Beneficio.*) Adde quinimò contra eũ vti de hæreſi ſuſpectum procedi poteſt, ſi poſt legitimas monitiones non reſcipuerit, vltra alias pęnas, vt per Sacr. Concil. Trid. ſub titul. de refor. ſeſſio. 25. cap. 2. quamuis in fin. ad idem. vi. per Ludou. Carer. in ſuo tract. de hæret. num. 43. *Giacb.*

Per

Item Clericus. Item Clericus ſimoniacus priuatur beneficio, vt dixi ſupra hoc eo. libr. §. Simonia, verſicul. item clericus. Item clericus, qui effectus eſt miles ſecularis amittit beneficium: ita dicit glo. in c. fi. in verbo, Reddiderint, de cleric. non reſiden. & eſt communis opin. vt atteſtatur Imola in d. c. fin. nu. 6. Barbat. conſ. 11. col. fin. verſic. præterea facit, libr. 1. quem refert Gigas de penſion. quæſt. 55. nume. 2. Nam eo ipſo, quòd ſecularem militiam aſſumit, videtur clericali militiæ renunciaſſe.

7 *Pariter etiam clericus excommunicatus eſt ipſo iure priuatus fructibus beneficij, & eſt communis opin. vt dicit Ripa in c. 1. num. 27. de iudic. Et nota, quod licet clerico, qui fuerit propter crimen depoſitus, aut ſuſpenſus. exhibenda ſint alimẽta ex redditibus ſui beneficij, tamen clerico excommunicato, etiãſi egenus, & pauper ſit nihil datur. Et ita frequentiſſimo omniũ conſenſu receptum eſt, vt ait Didac. lib. 3. reſolutionum, c. 13. poſt nu. 12. verſ. hinc. Hæc tamen omnia intellige, vt procedant modo excommunicatio ſit iuſta: aliàs ſecus, vt dixi infra, lib. 7. §. excommunicatio. Item clericus hæreticus & eius filij amittunt ipſo iure beneficia, dixi ſupra §. Hæreſis, verſic. item clericus. Item clericus colludens in cauſa beneficiali debet beneficio priuari; vt eſt text. in cap. audiuimus. de colluſ. deteg. Et poteſt poni exemplum in ſene, qui ſit infirmus, qui permutat pingue beneficium cum Nepote, vel conſanguineo dante beneficium exile: his enim concurrentib. talis renũtiatio præſumitur facta in fraudem. Et ita tenent communiter Doct. vt dicit Anan. in d. c. audiuimus, poſt num. 2. verſic. & prædicta. Item clericus, qui non dicit officium, neque incumbit horis diuinis priuandus eſt beneficio, & tenetur etiam reſtituere fructus perceptos. Et hæc eſt commun. opin. vt dicit Bellon. conſil. 56. numero 5. Item clericus committens homicidium qualificatum, puta aſſaſſinium, vel parricidium, amittit beneficium: propter ſimplex autẽ homicidium nõ amittit ipſo iure, ſed venit* [m] *per ſententiam priuandus. Dixi ſupr. hoc eod. lib. §. homicidium, verſ. de iure autem. Item clericus bannitus perpetuò priuãdus eſt beneficio, cum non poſſit in eo ſeruire: & ita iudicatum fuit per parlamentum Tholoſan. vt refert Rebuffus in pract. beneficia. fol. 472. num. 57.*

8 *Prælati* [n] *inſufficientes debent deponi, ſecundum gloß. in c. 5. in verbo ſufficientem, de renunt. libr. 6. quam dicit eſſe communiter approbatam, Alciat. de præſumpt. in tertia regula, pręſumpt. 10. nu. 5. Scias tamen, quòd Epiſcopus negligens non poteſt ab aliquo deponi, præterquam à ſummo Pontifice. Et ita communiter concludit, vt dicit Abb. in c. excommunicamus, il 1 in fin. de hæret. Sed quid in Papa, nunquid & ipſe propter inſufficientiam deponi poterit? Reſpon. quòd non, & ita receptum eſſe atteſtatur Gomeſ. in c. 1. poſt num. 115. de conſt. in 6.*

Ceteros autem caſus, in quibus Clericus beneficij priuationem incurrit, videre potes apud Rebuffum in loco præallegato.

9 *Et* [o] *ſcias, quòd clericus committens delictum, propter quod poſſit priuari beneficio, licet habeat ius in re, quouſque ſit priuatus, poſtquam tamen eo priuatus eſt, tenetur reſtituere fructus perceptos à die commiſſi delicti, vel quos percipere potuit, ſiue extent, ſiue ſint conſumpti, ſiue effectus ſit locupletior, ſiue non. Ita tenet Paul. de Caſtr. in l. 1. nu. 3. C. de ijs, quibus vt indig. & eſt communis opin. vt atteſtatur Diaz in pract. crim. can. c. 123.*

m *Per ſententiam priuandus.*] Supra hac eadẽ quæſtione, verſic. clericus beneficiarius: Adde tamẽ de clerico ob homicidiũ priuando, an ipſo iure, vel per ſententiam; Beninten. deciſion 37. numero 5. & 10. cum ſeq. ſupra in §. fornicatio, verſ. & in primis, vbi ſeipſum hic allegat; infra quæſt. 75. verſ. ſacerdos, vide quę dixi infra q. 78. verſicul. vlterius quęro. *Drog.*

n *Prælati inſufficien-*
49 *tes.*) Adde vidẽdum Crauet. in conſilio 132. col. 2. *Baiard.*

o *Et ſcias quod.*] Far. q. 19. nu. 69 & 70. volu. 5. inſpect. 3. *Roſſ.*

QVÆST. LXXIV.

De pęna depoſitionis ab ordine, ſiue degradationis.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *De pœna degradationis. Duplicem eſſe degradationem, & quæ ſit eorum forma, ibidem.*
2 *Clericus non eſt deponendus, niſi propter graue crimen.*
3 *Clericus pro quib. criminibus actualiter degradari poſſit.*
4 *Quot Epiſcopi interuenire debeant degradationi.*
5 *Pœna degradationis imponitur etiam doctoribus, & militibus.*

Ex Additionibus.

1 *Degradatio in dubio intelligitur de leuiori.*
2 *Et ab inferiore a principe fieri nequit.*

QVÆST. LXXIV.

1 *Qvandoque etiam* [a] *imponitur ab Eccleſiaſticis Iudicibus pœna depoſitionis ab ordine, ſiue degradationis.* [b] *Et ſcias, quòd duplex eſt depoſitio, ſiue degradatio, ſcilicet verbalis,*

& actualis. Verbalis eſt, quando Epiſcopus pronuntiat ſententiam contra Clericum, per quam priuat illum Ordinibus Clericalibus. Et hæc propriè loquendo appellatur Depoſitio, licet plerumque à Doctoribus dicatur etiam degradatio. Et huius depoſitionis forma habetur in libro Pontificali, folio 188. Actualis autem Depoſitio, quæ propriè ap-

ADDITIONES, Ad Quæſt. LXXIV.

a *Qvandoque etiam.*] Cartar. de execut. cap. 1 nu. 289. Farin. titulo de delict. & pænis, quęſtione decimanona, primo volumine, numero 49. *Roſſ.*

Quandoque etiam.]
1 Adde, quòd † Statutum imponens pænam degradationis erit intelligendum de leuiori, & ſic de verbali degradatione. Follerius in practica criminal. not. in verbo. & ſi confeſſi, aut conuicti, nume. 22. quid ſi ſtatutum ſimpliciter. *Baiard.*

b *Degradationis.*] Nota, quòd licet degradatio auferat priuilegia clericalia, prout notatur in capitulo ſecundo, de pæn. tamen non tollitur character, & votum continentiæ: & degradatus nõ poterit matrimoniũ cõtra-

here

here, ſecundum Imol. in d. c. multo minus depoſitus ab officio, 81. diſt. c. dictum, & not. in cap. 1. qui cler. vel vouent. degradatio
2 † ab inferiore à principe neque actualiter, neq. verbaliter fieri poteſt, capit degradatio, de pęn. c. tranſmiſſum de elect. & ita tenere cōmuniter Doctores refert Bened. Cap. in cap. at ſi clerici, de iudic. *Giach.*

Degradatio.] Hic nota, quod vbi Eccleſia degradatum tradit curiæ ſeculari, debet intercedere, ne mors infligatur, & iudex ſecularis faciat ad ſui libitum, vt dicit Ludou. Carer. in pract. crim. §. homicid. vlt. poſt num. 64. qui num. ſeq. ponit, & relatiuè, quid ſi degradatus per iudicem eccleſiaſticū opponat, & alleget fuiſſe nulliter degradatum, quis cognoſcet de degradationis nullitate an iudex ſecularis, vide de vtroque per eum, illic. *Giach.*

d *Cingulo Doctorali.*] vt fuit Donatus de Falconibus, de quo aliàs memini vberrimo cōſ. ſyndicatus, ſub numero trecenteſimo trigeſimo quarto, quod quidem conſilium

pellatur degradatio, eſt, quando clericus non modo per ſententiam priuatur, ſed etiam actualiter, & perſonaliter degradatur, exuitur, & ſpoliatur ordinibus eccleſiaſticis, iuxta formam traditam in libro Pontificali, fol. 190. & ſequen. quem refert Foller. in pract. crimin. canon. fol. 270. numero 17. Et effectus huius differentiæ eſt maximus, vt dixi ſupra quæſt. 37. verſic. ſcias etiam.

2 *Regulariter autem clericus non debet deponi, niſi propter graue crimen. Et hęc eſt communis reſolutio, vt dicit Sylua de beneficio, fol. 109. nu. 4.*

3 *Ceterum actualiter deponi, ſeu degradari non poteſt clericus, niſi pro tribus criminibus, vt dixi ſupra in dicta quæſt. 36. verſic ſcias etiam.*

4 *Sed quæro, quot Epiſcopi debeant interuenire depoſitioni, ſiue degradationi. Reſpondeo, quod ſi degradandus eſt Epiſcopus, requiruntur duodecim Epiſcopi: Si eſt presbyter, requiruntur ſex: Si eſt diaconus, vel ſubdiaconus, tres: Si eſt clericus in minoribus conſtitutus, ſufficit proprius Epiſcopus. Ita eſt tex. in cap. fin. 15. quæſt. 7. Et aduerte, quod ſi tales Epiſcopi inter ſe diſcordent in pronunciando, ſufficit maior pars: & hæc eſt communis opin. vt dicit Summa Sylueſtrina, in verb. Degradatio, q. 1. Hæc tamen, quę dicta ſunt de numero Epiſcoporū, intellige, vt procedant, quando poſt huiuſmodi verbalem depoſitionem veniendum eſt ad actualem: ſed quando depoſitio verbalis non fit ad effectum, vt ſequatur actualis degradatio, tunc ſolus epiſcopus poteſt verbaliter deponere, ſeu degredare. Et ita de generali conſuetudine obſeruatur, vt ait Foller. in pract. crim. cano. fol. 270. nu. 9. in fi. Quinimò hodie etiam quando deueniendum eſt ad actualem degradationem, poteſt ſolus epiſcopus adhibitis prælatis degradare, ita ſtatuente ſacro Trid. Conc. vt refert Diaz in practica crim. cano. c. 3. nu. 7.*

5 *Scias autem, quòd hæc degradationis pęna non modo locum habet in clericis, ſed quandoque etiam in laicis aliqua dignitate inſignitis; puta, ſi ſit aliquis Doctor, qui propter aliquod delictum priuandus ſit* [d] *cingulo doctoralis, de quo dixi ſupra quæſt. 73. verſic. iudex committens, vbi etiam poſui quædam exempla. Idem etiam in militibus, quando propter aliquod* [e] *delictum militare ſunt puniendi: nam ſolent degradari, & exiui cingulo militari. Et dicit Marian. in cap. propoſuiſti, poſt nu. 34. de foro compet. quòd ita ſeruant Duces, & Capitanei armorum, quando faciunt aliquem ſuſpendi ex ijs, qui portant ſua ſigna, quæ nos diuiſam appellamus: quia ſcilicet prius illos denudant tali diuiſa.*

habes poſt ciuilem practicam vltimo loco. *Giach.*

e *Delictum militare.*] Quæ ſint delicta militaria, vide Decianum Tractatu criminal. tomo uigeſimo libro ſeptimo, capitulo decimo quinto. *Roſſ.*

QVÆST. LXXV.

De pęna ſuſpenſionis.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *De pœna ſuſpenſionis.*
Et quibus caſibus incurratur, ibid.
2 *Sacerdos benedicens ſecundas nuptias eſt ſuſpenſus ab officio, & beneficio.*
Et an ſit ſupenſus ipſo iure, ibid.
3 *Clericus notorius fornicator, vel ſimoniacus in ordine, eſt ipſo iure ſuſpenſus ab officio.*

Ex Additionibus.

1 *Suſpenſio quid ſit, quotuplex, a quibus abſtinere faciat; quādo imponatur, & de illius forma, remiſſ.*

ADDITIONES, Ad Quæſt. LXXV.

a *Ceterum vbi crimē.*) Farinacius titul. de delict. & pęnis, quæſtione decimanona, volumin. 1. num. 5. *Roſſ.*

Ceterum vbi crimen.] Adde videndum Foller. in practic. canon. canoni verb & ſi confeſſi, aut conuicti ſint cap. 33. nu.
1 27 & 63. ubi latè † ponit quid, & quotuplex ſit ſuſpenſio, & quot ſint ſuſpenſionem, ſpecies, & à quibus officijs ſuſpenſus dicatur interdictus, & ſe abſtinere debeat: & ibi in hoc facit decem Regulas, & ponit etiam quando ſuſpenſionis pęna imponi poſſit, non præcedente monitionne, & tradit formam inquiſitionis, & ſententiæ, & ſuſpenſionis, uel abſolutionis. *Roſſ.*

b *Per ſententiam ſuſpendendus.*] Quomodo autem, quid dicatur ipſo iure, uel per ſententiam, uide fuſius, quam alibi, apud Tiraquellum in leg. ſi unquam, in uerbo donatione largitus, C. de reuocand. donat. Felyn. capit. Rodulphus extra de reſcript. *Drogh.*

QVÆST. LXXV.

1 *Ceterum,* [a] *vbi crimē non eſt valde graue, non ſolet Clericis imponi pœna priuationis beneficij, vel depoſitionis ab ordine, ſed tantummodo pœna ſuſpenſionis, quæ quidem ſuſpenſio eſt quædam cenſura eccleſiaſtica, propter quam clerico interdicitur officium, ſeu beneficium, vel adminiſtratio, ſeu executio ordinis, vel iuriſdictionis. Et habemus nonnullos caſus, in quibus imponitur huiuſmodi ſuſpenſionis pœna, quos recenſet Summ. Sylueſtr. in verbo ſuſpenſio, in 6. quæſt.*

2 *Sacerdos benedicens ſecundas nuptias eſt ſuſpenſus ab officio, & beneficio, cap. 1. de ſecund. nupt. Scias tamē, quòd non incurrit hanc pœnam ipſo iure, ſed eſt* [b] *per ſententiā ſuſpendendus. Et eſt communis opin. vt atteſtatur Diaz in pract. crim. canon. cap. 68. circa* [c] *finem.*

3 *Clericus notorius fornicator, vel ſimoniacus in ordine, eſt ipſo iure ſuſpenſus ab officio dixi ſupra hoc eod. libro §. Fornicatio, verſic. Sed quæro, & §. Simonia, verſic. ſed quęro.*

c *Circa finem.*) Vide Menochium, caſu 417. de arbitr. *Roſſ.*

QVÆST. LXXVI.

De pęna interdicti.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *De pœna eccleſiaſtici interdicti.*
Et quibus caſibus incurratur, ibid.
2 *Ciuitas exigens ab aliquo pedagia pro rebus ſuis, incurrit pœnam interdicti.*
3 *Ciuitas aliquid committens contra epiſcopum ſuum, incidit in pœnam interdicti.*
Et an requiratur quod ſit proprius Epiſcopus, ibid.
Et an ceſſante detentione Epiſcopi ceſſet interdictum, ibidem.

Ex Additionibus.

1 *Interdictum quid ſit, quomodo, & quid operetur, remiſſ.*
2 *Percutiens Epiſcopum, quomodo puniatur, remiſſiuè.*

ADDITIONES, Ad Quæſt. LXXVI.

a *INter Eccleſiaſticas cenſuras.*] Adde, viden-
1 dum † Nauarr. in ſuo Manuali, ſiue Summa confeſſorum, capitulo vigeſimo ſeptimo, numero 164. vſque ad numerum 189. tomo primo, vbi interdictū quid, & quotuplex, quis, cur, & quomodo poteſt interdicere, & interdici, & quæ prohibeantur interdicto, & tempore interdicti. *Baiard.*

b *Item ciuitas.*] Adde
2 † videndum ea, quæ poſui in quæſtione ſequenti, in verbo percutiens iniurioſè, vbi quibus pęnis puniantur percutientes Epiſcopos. *Baiard.*

c *Eſt dominus illius ciuitatis.*] Confer ad ea, qua dixit ſupra quæſtione trigeſimaoctaua, verſiculo vidi etiam ad finem, vbi dicitur, quod locus ſacer eſt tamen de territorio Principis. *Drogh.*

QVÆST. LXXVI.

1 *INTER Eccleſiaſticas Cenſuras eſt etiam pœna Interdicti Eccleſiaſtici, quæ quidem eſt ſeparatio a iure, vel a iudice facta a certis ſacramentis, & omnibus diuinis officijs, & eccleſiaſtica ſepultura, in quam pœnam, qui incurrāt, videre potes apud Summiſtas, in verb. Interdictum.*

2 *Ciuitas, caſtrum, aut villa exigens pedagia ab aliquo pro rebus ſuis, quas non negociandi cauſa defert, eſt ipſo facto interdicta, c. quanquam, de cenſibus in 6. Sed certè quidquid ſit de iure, iſte caſus non eſt a conſuetudine receptus, neque ſeruatur, vt dicit Ioan. Cald. in tract. de interdict. in 1. par. num. 51. in fin. Et quamuis Summa Sylueſtr. in verbo, Interdictum, 4. q. 1. in tertio caſu, dicat quòd ſecundum Archid. hæc opinio communiter non tenetur, ex quo ſententia interdicti trahit ſecum effectum ſuū, abſque eo, quòd vtentium moribus recipiatur. Prætereaque in d. c. quanquam, dicitur, Contraria conſuetudine nō obſtante: non tamen puto recedendum eſſe à ſententia Io Cald. poſtquam videmus d. c. non ſeruari in ipſamet ciuitate Romana, neque in alijs terris eccleſiæ, a quibus in cōcernentibus iuris canonici obſeruantia debent aliæ ciuitates normam, & regulam accipere.*

3 *Item* [b] *ciuitas aliquid committens contra Epiſcopum ſuum, vt capiatur, percutiatur, vel banniatur, eſt interdicta. Clemen. ſi quis ſuadente, de pœn. Et aduerte, quia hæc pœna locum non habeat, niſi ſit ſuus proprius Epiſcopus illius ciuitatis, vt apparet ex verbis illius Clem. & ita firmant communiter Scribentes, vt dicit Tortus inter conſil. Ant. de Butr. conſil. vlt. num. 3. in fin. Idemque ſi in aliquo loco Epiſcopus detineatur inuitus, vt ibi. Sed hæc intelligenda ſunt vt procedant, quando ille, qui detinet Epiſcopum, vel illum offendit,* [c] *eſt dominus illius ciuitatis: aliàs ſecus. Ita videtur ſentire gloſſ. in d. Clem. 1. in verb. Si ſuaſit, & ita tenent communiter Doct. vt dicit Socin. inter conſil. Curt. Sen. conſil. 20. poſt. num. 42. verſic. poſtremo concludenti. Et dicit Tortus in allegat. conſil. vlt. poſt nu. 4. quòd ita notant communiter Doctores nomine diſcrepante. Item ſcias, quòd ſtatim ceſſante tali detentione Epiſcopi, ceſſat etiam interdictum ipſo iure, & abſque alia declaratione. Et hæc eſt communis opin. vt atteſtatur Tortus in d. conſ. vlt. nu. 5.*

QVÆST. LXXVII.

De pęna Excommunicationis.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *De pœna excommunicationis.*
Duplicem eſſe excommunicationem, maiorem ſ. & minorem, ibidem.
2 *Percutiens clericum eſt excommunicatus, & incidit in pęnas canonis, Si quis ſuadente.*
3 *Et quid ſi ipſemet clericus ſeipſum percutiat.*
4 *Et an percutiens clericum primæ tonſuræ tantum.*
5 *Et an percutiens religioſum religioſe viuentem qui tamen profeſſionem non emiſit.*
6 *Et an percutiens clericum non euntem in habitu clericali.*
7 *Et an percutiens clericum, ignorans illum eſſe clericum.*
8 *Et quid ſi aliquis volens percutere Titium laicum, percuſſerit Catum clericum.*
9 *Et an percutiens clericum excommunicatum, incidat in pœnas dicti canonis.*
10 *Et an percutiens clericum degradatum incidat in pœnam illius canonis.*
11 *Et quid ſi clericus deprehenſus fuerit in adulterio.*
12 *Et quid ſi clericus alium inſultauerit.*
13 *Et quid ſi clericus velit aliquod delictum committere.*
14 *Et quid ſi offenſio facta clerico ſit leuis.*
15 *Et quid ſi aliquis percutiat clericum pluribus percuſſionibus eodem*